Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

eius ⁊ loquebat recte. Et precepit illis. ne cui dicet
Quanto eis autem precipiebat tanto magis plus pre
dicabant. ⁊ eo amplius admirabantur dicentes
Bene omnia fecit ⁊ surdos fecit audire ⁊ mutos
loqui.

FRS Dom. xiij. ad Galath

Abrahe dicte sunt promissiones. ⁊ semini
eius. non dicit ⁊ seminibus qui in multis. sed qui in
uno ⁊ semini tuo qui est xpc. Hoc autem dico testa
mentum confirmatum ado que post quadringentos
⁊ triginta annos facta est lex. non irritum facit ad
euacuanda promissionem. Nam si ex lege hereditas.
iam non ex promissione. Abrahe autem per promis
sionem donauit ds. Quid ergo. Lex propter trans
gressionem posita est donec uenisset semen cui
promisit. ordinata per angelos in manu mediatoris
Mediator autem unius non est. ds autem unus est.
Lex ergo aduersus promissa dei. Absit. Si enim
data esset lex que posset uiuificare. ue ex lege esset iusticia
Sed conclusit scriptura omnia sub peccato. ut promissio ex
fide ihu xpi daretur credentibus.

S. Luca.

Illo t. dne do. i. d. q

Beati oculi qui uident
que uos uidetis. Dico enim uob. quod multi p
phete ⁊ reges uoluerunt uidere quae uos uidetis. ⁊ non
uiderunt. ⁊ audire que audiuitis ⁊ non audierunt